

tanto tempore residere quod parcat.
 Comes vero credens infortunio posse
 resistere ex omni parte lombardie
 tuscie maricie et romaniote mi-
 lites congregavit. et veniens circuit
 castra non per miliare distando. Et
 cum vidisset florentinos stare firmos
 in castris recedebat iratus cum cre-
 deret obtinere quoniam unum
 florentinum militem oportebat
 quattuor militibus respondere.

Audaces ex adverso quidam et prom-
 pti de castris consulibus exeuntes
 aciem militum percuesserunt re-
 tro cum comite venientem. dura-
 vit enim bellum ultra quam posset
 dici fortissimum. per diei partem
 quasi dimidiam nec indulgebat po-
 pulus florentinus requiem petenti-
 bus adversariis. novissime vero
 cum casu mortis vaillifer mili-
 tum cecidisset superati sunt penitus
 florentini et percusso pastore dispersi
 amissis castris et ex omni parte.